messoribus. Dominus vobiscum. Et quaesivit cuius esset haec puella. Et dixerunt: Haec est moabitis illa quae venit cum noemi. Et ait booc ad eam. Filia ne vadas in alterius agrum. Nullus puerorum molestus erit tibi. Si sitis vade ad facinulas puerorum meorum et bibe. hora vescendi. veni huc et comede. et intinge buccellam in acetum. Reddat tibi deus israel mercedem. quoniam confugisti sub alas eius. Pueris quoque suis dixit. Projicite de manipulis vestris de industria ut absque rubore colligat. Cumque comisset ruth ad latum messorum contiecit polentam. quam iosephus alphaltam vocat. et conservabat eam socri suae. In vespera autem quam colligerat virga excuties inuenit hordei quasi ephi. id est tres modicos. Cumque redisset ad socrum. indicauerit ei quae fecerat sibi booc. Et ait noemi: Propinquus noster est homo. benedictus sit a domino. Id ipsum fecit ruth sequentibus diebus usque ad aream ventilationem. Nos erat in israel. quod in ventilatione areae dominus grande conuiuium parabat pueris suis et messoribus. Et dormiebat in area. et quasi solennitans abstinebat ab amplexibus. Id ipsum fiebat in tonsione ovium. Si post vindemias fieret non legi. Et ait noemi ad ruth: Lauare filia et unguere et induere cultis vestimentis. et ascende in aream cum alijs. Non te videat homo donec inebriatus fuerit. Cumque obdormierit proicies te a parte pedum eius et ibi iacebis. Et fecit omnia quae sibi socrus imperauerat. Et ecce media nocte euigilans homo expauit dicens: Quae es? Et illa: Ego sum ancilla tua. Expande pallium tuum super me: quia propinquus es. Cumque indicasset ei booc in talibus derogationibus castitatem esse seruandam. addidit. Alius propinquus me est. Si te voluerit retinere iure propinquitatis bene res acta est. alioquin ego

# Historia

te suscipiā. viuit do-  
min<sup>9</sup>. Surrexit ita-  
q̄ booc de loco vbi  
iacuerat iuxta arco-  
nium manipuloꝝ  
a n̄q̄ homines mutuo se cognoscerēt. 7 imple-  
uit palliolū illi<sup>9</sup> hordeo q̄ si sex modijs 7 re-  
diēs ruth onusta ad soctū indicauit ei q̄ di-  
xerat booc. Ascēdit ḡ booc ad portas 7 sedit  
cū indicib<sup>9</sup>. 7 vocauit decē de seniorib<sup>9</sup> ciui-  
tatis. 7 aduocauit p̄p̄inquoꝝ illū de q̄ di-  
xerat. Et ait ad illū: Partē agri patris n̄ri  
helimelech disposuit vendere noemi. Nos  
duo soli p̄p̄inqui sumus sed tu p̄p̄inquoꝝ.  
Eme ḡ si placet. At ille: Ego emā. Cui booc  
Ergo nō ex media pte oportet te legum h̄re  
memoriā. habeas necesse ē cū agro relictam  
maalon. vt suscites nomen p̄p̄inqui tui. At  
ille ait: Cedo a iure p̄p̄inquitatis. Tu autē vte  
re meo p̄uilegio. Et ait booc: Tolle ḡ calcia-  
mētū tuū. vt firma sit p̄fessio. Joseph<sup>9</sup> tñ di-  
cit: Booc itaq̄ testificās seniores. iussit mu-  
lieri vt ei<sup>9</sup> solueret calciamētū s̄m legē. 7 in  
faciē ei<sup>9</sup> spueret. Jobes vero ait: Cui<sup>9</sup> nō sū  
dign<sup>9</sup> corrigiā cal-  
ciamētū soluere. Ex  
his trib<sup>9</sup> conijcitur  
q̄ s̄m diūsos casus  
quādoq̄ ipse repu-  
dians soluebat sibi  
calciamētū. quan-  
doq̄ nō mulier sol-  
uebat ei. quādoq̄  
vir q̄ suscipiebat eā  
S; quocūq̄ modo  
fieret in opprobriū  
repudiij contra legē  
domus eius diceba-  
tur dom<sup>9</sup> discalciati  
Et ait booc astātib<sup>9</sup>  
Hui<sup>9</sup> rei testes estis  
Qui dixerūt: Testes  
sumus. Faciet dñs  
hāc mulierē tibi sic  
rachel 7 lyam. q̄ edi-  
ficauerūt domū isrl̄

Arconiū dictum est  
ab arcēdo. qz gelime  
ibi arcētur quēlibet  
ab alia.

Sensus verborū io-  
hānis s̄m vnā expo-  
sitionē is ē. Putaba-  
tur iohānes sponsus  
sponsē. id est. ecclesie  
et fuit cōsuetudo vt  
mortuo vno sine ple-  
xorez eius duceret  
p̄p̄inquoꝝ eius. co-  
gnatus. Qd si nol-  
let. p̄xim<sup>9</sup> euz discal-  
ciabat. et duxit eam.  
Dicit ergo iohānes  
Non sum ego spon-  
sus. s; x̄ps cui<sup>9</sup> corri-  
giā calciamētū nō sū  
dign<sup>9</sup> soluere. vt du-  
cā ei<sup>9</sup> sponsaz. non tñ  
ipse discalciabat re-  
pudiantem ducens  
eam. qd notat hic.

Accepit itaq̄ booc ruth in vxorem. Et post  
annū nat<sup>9</sup> est ei fili<sup>9</sup> quē posuit noemi i sinu  
suo. nutricis 7 genulę fungēs officio. Et di-  
xerunt ad eam vicinę cōgratulantes. Ecce  
habes qui nutriat senectutē tuā 7 seruiat ti-  
bi plus q̄ septem filiij. Ob hoc vocauit no-  
men eius obeth. quod hebraicę iterp̄tatur  
seruiens. Hic est pater isai patris dauid.

## Tabula i historia Regū primi

Historia libri regum.	cap. j.
De parentibus samuelis.	ca. ij.
De fenenna.	ca. iij.
De ortu samuelis.	ca. iiij.
De filiis hely.	ca. v.
Qz tertio vocauit dñs samuelē.	ca. vj.
De morte hely et filioꝝ eius et captione arce.	ca. vij.
De remissioe arce.	ca. viij.
Qz orante samuele vicit israel philistijm. capitulum. ix.	
Qz israel petijt regem.	ca. x.
De vnctione saulis 7 electione.	ca. xj.
De naas 7 sc̄da vnctioe saulis.	ca. xij.
Qz samuel p̄dixit sauli de translatione re- gni.	ca. xij.
De clade philistijm et fauo quem comedit ionathas.	ca. xiiij.
Qz saul vicit amalech.	ca. xv.
De vnctione dauid i domo patris.	ca. xvj.
De morte golię.	ca. xvij.
Qz saul p̄secut <sup>9</sup> ē dauid.	ca. xvij.
Qz michol deposuit dauid per fenestram. capitulum. xix.	
De fuga dauid in nobe.	ca. xx.
De fuga dauid ad achis.	ca. xxj.
De morte abimelech 7 sacerdotū.	ca. xxij.
De cipheis et qz dauid latuit in spelunca. capitulum. xxij.	
De morte samuelis 7 nadabis.	ca. xxiiij.
De fuga dauid ad achis.	ca. xxv.
De suscitatione samuelis.	ca. xxvj.
Qz dauid vicit amalech.	ca. xxvij.
De morte saul 7 filioꝝ eius.	

# Regum primi

Historia libri regum.

## Iber regū

**I** in quattuor volumibz distinguitur apud nos. sicut hebreos autem in duobz. et dicitur primum samuel a nomine auctoris. secundum vocant malachim. id est regum a materia. quidam vocant malachoth quod sonat regnoz sicut vitiose. Agitur enim in eo de vno regno iudeoz tantum. et de regibz eius. sicut in duo diuisum fuerit. Scriptus est autem cronice liber iste sicut singulis regibz que compactus est in vnum a hieremia. quod exinde patet quod idem finis est huius libri et hieremie. Ad commendationem autem samuelis promittitur commendatio patris eius. in hunc modum. **De parentibus samuelis La. I.**

## Sic vir vnus

**S** de ramathaim sopherim. de monte effraim. et nomen eius helchana. effraeus. Vir enim ponitur non pro sexu. sed pro vigore virtutis nec vnde pro numero sed pro singularitate religionis pro alijs. Dicitur autem ciuitas eius ramathaim. quam in euangelio dicit arimathia. a iosepho dicit ramath. quia in excelso sita erat sopherim vero speculatio interpretatur. et ibi genitum casus. ac si diceretur de ramathaim speculatiois. quia ex ea circumiacens regio longe videri poterat Sic tradit hieronymus. Alij distinguunt sic de ramathaim in sopherim. Non est autem mos effraim nomen montis sed regionis. Unde in sequentibus vbi legitur de. xij. prefectis regionum que ministrabant salomoni pro singulis mensibus. ponitur dechar prefectus montis effraim. Fuit autem helchana leuita nonusdecimus a leui. descendens ab eo pro caath. et ysuar et chore. Unde patet quod samuel non fuit aaronita. et dicitur effraeus. id est bethleemita. Fuit enim secundum matrem de tribu iuda. Unde postea samuel posuit vnum de filiis suis iudicem in bethleem tanquam in tribule. Et nota quod quidam tria nomina distinguunt sic. Effraeus ab effraim. scribuntur pro duo. sicut ephraeus ab ephrata pro ph. eufrateus ab eufraten quod est frugifer pro eu. et est ut dicunt terminus iudee iuxta eufraten.

Defenenna. Capitulum II.

## Abiit autem hel

**B** chana duas uxores. nomen vni anna. et nomen secunde fenena. et cum debuit dicere alteri de duabus dixit secunde. inuens. quia sicut patres essent in nomine uxorio tamen sicut secunda erat in amore viri. Erat autem anna pulchra sed sterilis. fenena vero fecunda. Et ascendebat vir ille tribus statutis diebus. secundum legem in sylo ad adorandum. Erant autem in sylo duo filij hely ofni et finees sacerdotes. Cumque immolasset helchana dedit fenene et filiis et filiabus eius partes. anna autem dedit partem vnam tristis. Quidam putant sicut dictum est de vestibus nouis que distribuebat uxoribus et liberis in die festo. Sed magis putandum est esse dictum de partibus sacrificiorum. que pertingebant offerentes. que tanquam sanctas leuiter ceteris distribuebant. Hebraeus sermo magis videtur sonare. dedit anna missionem vnam duplicem. quasi vnam partem equipollentem duabus. Porro anna tristis erat pro sterilitate. et non sumebat cibum. Et egressa est ad fores tabernaculi ut oraret hely sedente ante postes. ut quarentes pro filium paratum eum inueniret. et flens anna votum vouit domino. Domine exercituum: si dederis mihi sexum virile. dabo eum tibi naçarum omnibus diebus vite sue. Et attendens hely motum labiorum. vocemque non audiens estimans temulentam ait: Digere paulisper vinum quod mades. Quae respondit: Requiesce domine. Sed mulier infelix ego sum usque adhuc. Ora pro ancilla tua. Intelligens autem eam hely sterilis ait: Det tibi deus israel petitionem tuam. Hebraeus tamen habet dabit. Unde mulier ex promissione sacerdotali secura abiit. vultusque illi non sunt amplius in diuersa mutati. id est animus eius non est deinceps distractus in varietates dubitationis.

De ortu samuelis Capitulum III.

## Factus est ut

**E** pareret filium. et vocauit nomen eius samuel. id est postulatio dei quia a deo postulatum susceperat. nec ascendit mulier in sylo cum viro suo. donec ablactaret filium. et eum ablactatum duxit in sylo cum vitulis tribus. et modijs farinę tribus. hebraeus

tamen habet: et in modio farine et cum amphora vini quod est mensura trium modiorum. Nec attulit similia et vinum ad libandum tantum cum in libaminibus vitulorum pauciora sufficerent presertim cum non nisi unum vitulum obtulisset. Sed intelligendum est quod residuum dedit domui sacerdotum. Porro mirum videtur esse puerum bimum quasi nouiter ablactatum adductum esse ad ministrandum in tabernaculo. Propterea quod dicitur tres ablactationes. Prima est a lacte mamille que fit tertio anno. Secunda a lacte infantie que fit septimo. Tertia a lacte puericie que fit duodecimo. et sic amouetur puer a nutrice a pedagogo a tutore. Dicunt ergo quidam eum adductus post secundam ablactationem ad imbuendum litteris. Unde in sequentibus legitur quod per singulos annos mittebat ei mater tunicam parvam. Alij dicunt quod post tertiam ablactationem quasi iam idoneum ad ministrandum. Unde statim sequitur. Puer autem erat minister in conspectu domini. Cumque obtulisset puerum hely. ait anna. Viuit anima tua domine. ego sum mulier infelix pro qua orasti. et ecce filius quem dedit mihi dominus. Genus erat iurisiurandi per confirmationem. quasi diceret. pro anima tuam domine. Quidam tamen quandoque per execrationem dici putant ut ibi. Viuit anima tua rex si noni eum. quasi diceret. destruet me vita tua rex si noni eum. et orauit anna dominum et dixit. Exultauit cor meum etc. Canticum tamen est proprie non oratio. et continet tria hoc canticum. primum est gratiarum actio pro beneficijs sibi prestitis. secundum est inuectio in superbos occasione ferentem ut ibi. Nolite multiplicare loquacitatem. tertio prophetat de regno christi ut ibi. Dominus iudicabit fines terre. Quod autem legitur in cautico donec sterilis peperit plurimos. et quem multos habebat filios infirmata est. hebreus habet pro plurimos septem. et pro infirmata est. secta est. et tradit quod singulis annis filiis nascantibus. singuli ferentem filij moriebantur. et quinque filiis annis duos filios samuelis connumerat ut sint septem. Rediit helchana in domum suam. et samuel ministrabat ante hely. et dicit eum ioseph anno duo-

decimo pleno prophetasse.

De filiis hely. Capitulum. IIII

**Quero filij hely** <sup>sci</sup> <sup>en</sup>

tes dominum. partem sacerdotalem de sacrificijs antequam adolerent. adipem tollebant ab offerentibus crudam ut lautius sibi prepararent eam. et mittebat puer sacerdotis fuscinulam in ollam. et quicquid leuabat fuscinula erat sacerdotis. quod non erat portio sed rapina. Samuel autem ministrabat accinctus ephod lineo. non sacerdotali. sed prophetico. et tunicam parvam afferebat ei mater singulis annis. et visitauit dominus annam. et habuit tres filios et duas filias. Hely autem erat senex valde. et audiuit peccata filiorum qui dormiebant cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi. et eas que venerant ad purificandum polluebant. Quidam tamen volunt quod non admiscebantur mulieribus. sed corrupti pecunia dabant mulieribus licentiam commiscendi viris suis infra dies purificationum. unde et pater dixit eis. Transgredi facitis populum domini et tepide arguebat eos. venit autem vir dei ad hely. et ait ad eum. Loquens locutus sum. ut domus patris tui ministraret mihi in sempiternum. Absit hoc a me. sed honorantes me glorificabo. et continentem abijciam. Ecce precidam brachium domus patris tui. id est auferam sacerdotum de domo tua. pro quo debebatur ei armus dexter. et videbis emulum tuum in templo. Quod factum est in diebus salomonis cum sadoch qui fuit de eleazar factus est sacerdos. eiecto abiathar. qui fuit de ythamar. Quidam tamen autumant translatum esse sacerdotium ad samuelem. qui non fuit aaronita. Sed nec legitur samuelem fuisse sacerdotem nec aaronitas amotos a sacerdotio: usque circa tempora machabeorum. Quod autem addidit vir dei. magna pars domus tue morietur. forte impletum est in proximo quando occubuerunt filij eius in bello. vel quando saul sacerdotem nobis interfecit. et in signum future veritatis predixit ei vna die filios eius morituros. Porro in diebus illis erat sermo domini preciosus. id est rarus.

# Regum primi

Ad tertio dominus vocauit samuelem. Capitulum. V.

## Factus est vna

die hely iacebat in lecto suo. et oculi eius caligauerat. nec poterat videre lucernam dei antequam extingueret. Quid mirum videtur. Non est enim aliquis adeo cecutiens quin datus videat lucernam ardentem quam extinctam perferim cum cecutientes oculi clari videant ad lucernam quam ad diem. Quidam sic distinguunt nec poterat videre lucernam dei antequam extingueret. id est. moreret. Samuel autem dormiebat. et superabundat autem. Huius sensui videtur consentire hebreus qui distinguit ibi. nec poterat videre. et subiungit. lucernam domini non dum extinguebat. et sic congrue sequitur. samuel autem dormiebat in templo domini. in thalamo iuxta tabernaculum. ubi solus cum hely sacerdote dormiebat. Unde cum vocasset eum dominus. cucurrit ad hely dicens. Vocasti me. Falsum dixit sed non est mentis. et ait hely. Non vocavi te. Reuertere et dormi. et factum est secundo similiter. Non dum enim samuel sciebat dominum. id est. non dum habebat consuetudinem audiendi dominus. Cumque vocasset eum dominus tertio. iterum abiit ad hely. Intellexit quod hely qui vocasset eum dominus. et ait. Si deinceps vocauerit te dices. Loquere domine quia audit seruus tuus. Cumque aduocasset eum dominus dormientem. ait. Loquere domine. et indicauit ei eandem comminationem in domum hely quas prius fecerat per virum dei. Non in purandum est irritam factam esse promissionem quam fecerat dominus aaron de sacerdotio sempiterno. Promissionibus enim hominibus semper addenda est conditio quamque posita. Si custodierint filij tui testamentum meum etc. Videret iosephus velle dominum ideo tertio vocasse samuelem. ut figuraret tres ipsius dignitates futuras. Fuit enim propheta quod ab hac vocatione dicit eum habuisse. fuit quod iudex. obtulit etiam quam sacerdos. eo quod paruulus esset icaboth nepos hely. Mane adintrauit hely samuelem. ut indicaret ei vniuersum sermonem domini et indicauit ei omnia. Et ait hely. Dominus est. quod tonitruum est in oculis suis faciat. Creuit autem samuel. et cognouit vniuersum israel

quod fidelis propheta samuel esset domino. et consuluit eum omnis populus iuxta verbum domini. Preceperat enim dominus ut abicerent diuinicos et ariolos et huiusmodi. et sciscitarentur a fratribus suis verbum domini.

De morte hely et filiorum eius et captione arce. Capitulum. VI.

## Factum est con

uenerunt philistinim in pugnam in affech. qui dicitur locus israel. pertinens ad israel. quam vocat iosephus civitatem amphelobentis. Israel quoque egressus est in bellum iuxta lapidem adiutorij quod per plempsim dictum est. id est. per anticipationem. postea per tebit. et victus est israel. et ceciderunt de eo quasi quattuor milia virorum. et dixerunt seniores. Afferam de silo arcam domini sedentis super cherubin. Quod ideo dictum est sicut et in psalmo. Qui sedes super cherubin. quia gloria domini ibi quandoque apparebat. Et tulerunt arcam et iuerunt cum ea duo filij hely. naz et phinees iam fungebatur officio patris sui. et acceperant mandatum ab hely. ne forte redirent ad eum sine arca. et timuerunt philistinim et acrius pugnaverunt. Fugitque israel. et cesa sunt ex eo. xxx. milia perditum. et arca domini capta est. et duo filij hely mortui sunt. Cucurrit autem puer beniamita ex acie. et indicauit in silo quod factum fuerat. Hely autem sedebat contra viam quam ducebat ad castra. spectans id est. auscultans. Jam enim cecus erat ut tradunt hebrei. id est. non cecutiens. Qui audita strage populi et morte filiorum qui euit. Cum autem audisset arcam captam cecidit retrosum. et fractis cervicibus expirauit. Durus autem eius viror phinees pugnans erat. et pro dolore incuruauit se et peperit filium. vii. mensium. ut dicit iosephus. et vocauit eum icaboth. id est. in gloria dicens. Translata est gloria domini de israel. Porro hely indicauit israel. xl. annis. Cui concordat iosephus. lxx. vero. et paralipomenon dicunt viginti. Potest dici quod post sampsonem. xx. anni fluxerunt sine iudice. qui aggregati sunt annis quibus indicauit hely. Quidam tamen dicunt. xx. annos quibus indicauit samuel

aggregandos annis hely magistri sui. Sz  
 veni<sup>9</sup> anni samuelis cū ānis saulis ascribūt  
 Sane potuit fieri vt hely fact<sup>9</sup> index transtu  
 lerit sacerdotiuz de domo eleazar. Eleazar  
 qdē successit phinees. Cui successit abiezer  
 cui successit buçi. cui successit oçi. 7 trāslatū  
 est sacerdotiū.

## Incidentia.

In dieb<sup>9</sup> hely fuit tert<sup>9</sup> rex latinoz silui<sup>9</sup>  
 postum<sup>9</sup> fili<sup>9</sup> eneg 7 lauiniæ: a q̄ deinceps lati  
 ni reges siluij denotiati sūt. Hūc ascani<sup>9</sup> hē  
 redē reliq̄t. adhuc puulo filio suo iulio a q̄  
 iulioz familia 7 originē traxit 7 nomē. He  
 ctoris filij iulium receperūt. expulsis posteris  
 nestoris.

Deremissioe arce. Capitulum VII

## Wlerunt autez

philistei arcā dñi i aq̄otū 7 statue  
 rūt eā iuxta dagon q̄si trophēū 7 surgentes  
 diluculo iuenerunt dagon pstratū in terra  
 ante arcā: 7 q̄si adorātē. vt dicit iosephus. 7  
 restituerūt eū in locū suū. Rursus mane se  
 quēte iuenerūt eū pstratū. caput vero 7 ma  
 nus ei<sup>9</sup> abscise a trūco iacebāt sup limē. Ob  
 hoc null<sup>9</sup> ingrediēs templū i aq̄oto calcāt su  
 per limen vsq̄ in hodiernū diē. 7 aggraua  
 ta ē man<sup>9</sup> dñi sup aq̄otos. 7 pcussit eos i se  
 cretiori pte natiū. 7 cōputrelcebāt pminen  
 tes extales eoz. Qd iosephus dicit factum  
 ex crudeli passiōe dissinterie. ita vt putrefa  
 cta egererēt intestina. 7 mures ebuliētes de  
 agris. corrodēbant extales eoz. 7 satrapis  
 cōuocatis dixerūt ad eos: Quid faciemus  
 d̄ arca: Qui dixerunt. Circūducāt. Quo  
 cūq̄ aut circūducebat<sup>9</sup> pcutiebat oēs in po  
 steriorib<sup>9</sup>. 7 fecerūt sibi sedes pelliceas. 7 cō  
 ueniētes pncipes q̄nq̄ vrbium. tractabāt  
 qd̄ facturi essent. 7 erant q̄ dicerent causam  
 passionū factā p arcam. alij p casum. alij p  
 corruptionē aeris 7 fructuū terre. Dixerūt  
 at sacerdotes 7 diuini: Cur aggrauat<sup>9</sup> cor  
 vstrū sicut pharao 7 egypt<sup>9</sup>: Remittite ar  
 cam sed nō vacuā. Reponite in capsella iu  
 xta arcam quinq̄ anos aureos. et quinq̄  
 mures aureos p numero ciuitatū. q̄ pcusse

sunt. Iosephus tñ dicit. v. simulacra domi  
 nū aurea. 7 ponetis arcā sup plaustrū nouū  
 7 cōiungetis duas vaccas fetas. quib<sup>9</sup> non  
 est impositū iugū. 7 vitulos eaz reclinetis  
 domi. et si recto itinere ascendant contra be  
 thsames. ipse fecit nob hōc malus. alioquin  
 casu factū est. Ibant aut vacce mugiētes in  
 directū. nec declinantes ad dextram nec ad  
 sinistrā p viam q̄ ducit bethsames. 7 hęc est  
 vna sacerdotaliū ciuitatū i tribu beniamin.  
 Est altera bethsames i tribu neptali. Por  
 ro bethsamite metebāt triticū. 7 venit plau  
 strum in agrum iosue bethsamite. 7 stetit ibi  
 Et posuerūt arcam sup lapidē grandē quē  
 putāt hebrei fuisse arā edificatā ab abraā  
 7 capsellam q̄ erat iuxta eam. 7 cōciderūt le  
 uite ligna plaustrū 7 vaccas posuerūt super  
 ea in holocaustū dño. Viri aut bethsamite  
 obtulerūt holocausta 7 victimas in die illa.  
 Asserūt qdā quinq̄ tantū esse ciuitates phi  
 listim. 7 ideo quinq̄ tantū misisse anos au  
 reos. 7 q̄nq̄ mures. Sed in sequentib<sup>9</sup> legi  
 tur siceleg fuisse ciuitas philistinoz. Unde  
 meli<sup>9</sup> videt<sup>9</sup> qd̄ dicit Isidor<sup>9</sup> quinq̄ fuisse  
 tantū metropoles 7 queq̄ obtulit anam au  
 reum 7 murem. alię solus mures obtulerūt  
 vsq̄ ad abel magnū: super quē posuerūt ar  
 cam dñi. Et videt<sup>9</sup> hęc lra sonare q̄ abel sit  
 nomen lapidis super quem posita fuit arca.  
 Alij asserunt ciuitates q̄ tunc bethsames di  
 cebatur. q̄ postea dicta est abel. qd̄ interpreta  
 tur luct<sup>9</sup>. ppter luctū bethsamitarū qui seciz  
 tus est. Et additū ē magnum ad differētiā  
 alterius abel q̄ i sequentib<sup>9</sup> abela dñi. vbi sa  
 piēs mulier exclama  
 uit ad ioab. Qui in  
 interrogāt interrogēt  
 in abela. 7 tūc legit<sup>9</sup>  
 sup quē posuerūt ar  
 cam. id ē iuxta quē  
 7 pcussi sūt d̄ bethsa  
 mit. lxx. viri 7 l. milia plebis eo q̄ vidissent  
 arcā nudā. Credunt aut illi. lxx. de posuisse  
 arcam cū non essent sacerdotes. Si querit<sup>9</sup>  
 cur ergo mortui nō sūt philistei quotquot  
 viderūt arcā: potest dici q̄ non peccauerūt

Quivolebat ea ioab  
 capere vsit sensus:  
 Noli eam destruere.  
 q̄ oēs i ea capiūt: cō  
 silium faciendoz.

# Regum primi

vidēdo q̄b̄ n̄ erat p̄hibitū vidēre Timētes  
āt bethsamitē miserūt ad viros cariatbiarī  
vt reducerēt ad se ar

cā. Qui reducerunt  
eā 7 tulerūt eā ī do-  
mū aminadab viri  
iusti in gabaa 7 elea-  
zarū filiū ei⁹ sacerdo-  
tē instituerūt ī custo-  
diam arce. 7 fuit ibi  
xx̄ annis vsq̄ ad octa-  
uū annū regni saulis  
q̄ ip̄e tulit eā ī castra  
Maserat aut̄ apud  
philisteos. vij. mēsi-  
bus. 7 tūc q̄enit isrl̄  
post dñm sedata ira dñi sup eos.

Qd̄ orāte samuele vicit israel phi-  
listim. Capitulum. VIII.

## Qd̄ attendens

9 samuel 7 vidēs eoz fiduciā ī dño  
ait. Ascēdam⁹ ī masphat. vt ozem p̄ vobis  
Cūq̄ ascēdissent ī masphat. effūdēs aquā  
corā dño ī q̄ maledicta cōgesta erāt quas si  
idolatra bibeat. labia ei⁹ adhb̄rebāt sibi  
insepabiliter. forte in signū f̄deris sic fecit  
iosue. et indicauit eos ibi samuel. i. docuit  
eos iudicia dei. Quidā tñ asserūt samueles  
q̄ dā idolū redēgisse ī puluere. 7 mixtū de-  
disse p̄lo ad bibēdū. 7 ī barbīs eoz iudica-  
ser eos idolatrię a nō reis sic quōdam fecit  
moyses. Et audierūt philistim p̄gregatus  
isrl̄ esse inermem ī masphat. 7 armati ascen-  
derūt aduersus eos. et timēs isrl̄ dixit ad sa-  
muelē. Clama p̄ nob ad dñm. 7 obtulit sa-  
muel lactātē agnū in holocaustū. Et dū cla-  
maret samuel ad dñm inuitū ē p̄liū 7 itonuit  
dñs fragore magno sup philisteos 7 mota  
ē terra. 7 p̄ loca p̄debat hyat⁹ 7 philistei in  
fugā verli celi sūt a filijs isrl̄ q̄ p̄cusserūt eos  
vsq̄ ad terminos t̄re sue. Tulitq̄ samuel la-  
pidē. 7 posuit eū ī terminis. 7 vocauit nomen  
loci illi⁹ lapis adiutorij. Nec apposuerūt vl-  
tra philistim. vt itrarēt terminos isrl̄ dū vi-  
ueret samuel. Iudicabat itaq̄ samuel po-

De cariatbiarī trās-  
tulit eā samuel ī mas-  
phat. post ipse 7 saul  
ī galgala. post saul in  
nobe. 7 de nobe ī ga-  
baa. post dauid ī do-  
mū obeth. post ī sion  
post salomon in tem-  
plū. Has oēs trāssta-  
tionel diligēs lector  
aduertere poterit in  
hoc libro.

pulū ī bethel 7 galgal. et masphat circūiēs  
p̄ singlos ānos 7 reuertebat in ramatha. 7  
edificauit ibi altare. s̄ 7 ibi iudicabat israel  
Tres ille cinitates famosę erāt bethel p̄pter  
somnia iacob 7 galgal p̄pter circūcisionem  
sc̄daz. 7 masphat p̄pter frequētā iosue 7 ascē-  
debat ad eas samuel vicissim ī trib⁹ solēni-  
tatib⁹ hebdomadarijs. 7 iudicauit ibi p̄lm  
Alijs dieb⁹ ascendebat ad eū p̄pls in rama-  
tha ad iudicandū.

Qd̄ israel petiit regē. Capi. IX.

## Qm̄ aut̄ senuis

set samuel. posuit filios suos ioel 7  
abiam. altez ī bethel. altez ī bethabez vt ibi  
sedētes iudicatēt p̄lm. Qui declinauerunt  
post auariciā 7 puerterūt iudiciū Qd̄ nō fe-  
rēs p̄pls dixit ad samuelē. Da nob reges vt  
iudicet nos sic ceterę gētes habēt. Qd̄ ḡui-  
ter tulit samuel p̄pter insitā sibi iusticiā 7 cir-  
ca odiū regl̄. Cūq̄ p̄suluisset dñs ait ei dñs  
Audi vocē p̄pli nec te tñ abiecerūt s̄ me. ne  
regnē sup eos. Verūtamē p̄dic eis ius regl̄  
super eos. Et ait samuel ad p̄lm. Hoc erit  
ius regl̄. Filios v̄ros faciet sibi f̄nos suos.  
eq̄tes 7 p̄cursores. agricolas 7 fabros armo-  
rū. f̄lias v̄ras faciet vnguētarias. 7 coque-  
stias 7 panificas. Seruos v̄ros 7 acillas 7  
iumenta ponet ī ope suo. optima q̄ v̄ra dabit  
f̄uis suis 7 vos erit ei f̄ui. 7 ait p̄pls. Non  
audiem⁹ te. s̄ erit rex nob 7 pugnabit ante  
nos 7 ait samuel. Ite ad p̄pria optune vos  
euocabo. cuz cognouero a dño q̄ daturus  
sit vobis regem.

De vinctiōe saulis et electione.

Capitulu. X.

## Terat vir de

e beniamin noīe cis de stirpe iemini.  
cui⁹ erat fili⁹ saul. Qd̄ erat vir melior illo in  
isrl̄. Cūq̄ perissent a sine cis. dixit ad filiu. 7  
Tolle vnum d̄ puerl̄ 7 q̄re asinas. Cūq̄ p̄-  
trāsissent p̄ mōtē effraim. 7 trā salym. 7 trā  
beniamin 7 nō iuenissent. v̄nerūt in terras  
sup̄. q̄ fuit pauus samuelis. et ait saul ad  
puerū. Reuertamur ne pater me⁹ sollicitus

sit p nobis. Cui puer: Est vir dei i ciuitate  
 hac. q absqz ambignitate loqt. Nam ad eu  
 si forte idicet nob d via nra. 7 ait saul: quid  
 ferem ad eu: Danis defecit isistarcis nris  
 7 sportula nō habem. i. argētum i sportula.  
 Errabat. vt ait ioseph. putās pphaz acce-  
 ptuz munera. cū nec saul legit obtulisse nec  
 ille accepisse. Cui puer: Habeo i māu mea  
 qrtā ptē staterū argēti. 7 ascēderūt in rama  
 tha. i. q erat vir dei. 7 dixerūt puellis egredi  
 entibz ad aquā. Quōd ē b videns: Quere  
 spōderūt. Est b hodie sacrificatur i excelso  
 Cūqz ambularēt in  
 vrbis medio apparu Sacrificiū d: pzan  
 it eis samuel. cui pri diuz qd parauerat  
 die dixerat domin. samuel illis.  
 Cras hac hora mittā  
 ad te virū d beniamin. quē iūges sup pplm  
 meum. Cūqz samuel alperisset saul dixit ei  
 dñs: Ecce vir quē dixerā tibi. 7 ait ad saul.  
 Ego sū vidēs. ascēde vt comedas mecum.  
 cras dimittā te. 7 q sūt i corde tuo indicato  
 tibi. 7 de asinis nō sis sollicit. qz iuente sūt.  
 Possēt videri saul habuisse sollicitudinē i  
 corde. p asinabz. nisi b determinasset ppheta.  
 An autē hebrei saulē vidisse p sōniū se col-  
 locatū i vertice palme qd ē signū regnaturi  
 7 inde sollicit erat. et ob b dixit ei samuel:  
 Cui erūt optima queqz isrl: Rōne t: ascē-  
 derūt i excelso. an tēplū enī licebat sacrificā-  
 re i excelso. Cūqz recūberēt i triclinio dedit ei  
 samuel locū i capite  
 xxx. viroz q fuerāt i  
 uitati. Et posuit an  
 eū armū qsi ptez re-  
 galē quē d industria  
 pauerat ei Cūqz  
 mane surrexissent et  
 egressi eēt ciuitatē.  
 Dixit samuel: Antecedat nos puer 7 tu sub-  
 siste. vt idicē t verbū dñi. Tulit autē samuel  
 lēticulā olei qd ē vas fictile. qdrāgulū hñs  
 foramē i latere 7 effudit sup caput ei. 7 oscu-  
 lat ē eū 7 ait: Anxit te i pncipē dē sup he-  
 reditatē suā. 7 b t signū. Cū recesserāt a me i-  
 uenies dnos viros iux sepulcz rachel q di-

cēt t q iuētē sūt asine. Cūqz venerāt a d qrcū  
 thabor. Et ē thabor nomē hōis. non mōtis.  
 Inueniēt tetres viri. vnz portās tres hedos  
 ali. tres tortas panis. 7 ali. lagenā vini. et  
 accipies d māu eoz duos panes. Post h  
 venies ad locū q d: statio philistinoz eo q  
 quōdā ibi philistei castrametati sūt 7 habe-  
 bis obuiū cuneū pphaz descēdētū de colle  
 dñi. psallētū i istrumētū 7 pphantiū. Et isi-  
 liet i te spūs dñi. 7 pphabis cū eis. Et nota  
 q samuel pmo istituīt puet. religiosoz iu-  
 giter psallētū dño. 7 dicebat puet. eoz cu-  
 ne. qsi conne. Et dicebat pphare. i. iugit  
 dēū laudare Et forte aliq qnqz pphabāt ex  
 eis. Et addidit samuel. Cū videris b signa.  
 scias q dñs tecū ē. 7 descēdes an me i galga-  
 la. qz ibi pueniem. cū op. fuerit. Ego qppe  
 descēdā ad te vt offeras oblatiōez. vij. diebz  
 In psecratiōe enī sacerdotū 7 regl tot diebz  
 fiebat oblatio fm qsdā. Et addidit. Expe-  
 cta b donec veniā ad te. 7 ostēdā t q facias  
 Tū qdā. vij. dies referūt ad expectatiōez vt  
 sit sensus. Septē diebz expectabis donec ve-  
 niam. qd postea explicabit. Cūqz venisset  
 saul ad cuneū pphaz pphauit cu3 eis saul.  
 Autē hebrei eū pphetasse de gog 7 magog. 7  
 de pmijs iustoz 7 pgnis maloz Et ammiran-  
 tes q nouerāt eū dixerūt: Quōd ē saul inter  
 pphas 7 cis pī ei. q. d. cū nō sit d gñe ppha-  
 rū. Alia lra hz. Et qs pī ei. b eodem sensu  
 Alia. Et qs pī eoz. Quasi dicāt. Solus  
 dē ē pī pphaz. 7 spūs vbi vult spirat. non  
 tm i filios pphaz. Exinde versū ē i pūbiū.  
 Dum 7 saul inter pphas. Qd forte d solo  
 saule dicebat. vt d qcūqz repēte sublimato  
 Et itranit ad ner patrū suū Qui cū qsisset  
 ab eo de vrbis samuelis. De verbo regni ta-  
 cuit. cetera indicauit. Vocauit autē samuel  
 pplm in masphat 7 ait ad illos: State corā  
 dño. 7 faciemz sortes p tribz 7 familias 7 ca-  
 pita. 7 iuenit sors tribū beniamin. 7 descen-  
 dit vsqz ad saul filiū cis. Et credit samuel tē-  
 perasse sortes iux cor suū. Sciēs autē saul q  
 quereret. latuit. qsi nolēs suscipere pncipatū.  
 Quē iuētū statuerūt i medio ppli. 7 fuit al-  
 tius vniūsis ab hūero 7 iursū Et ait samuel

Cū i multis locis dā  
 nent sacrificātes i ex-  
 celso. qd ē q samuel  
 d: sacrificasse i excel-  
 so. Solue nōdū erat  
 cōstructū templum.

# Regum primi

Ecce quē elegit dñs. nō ē ei filius in oī pplo. Et exclamavit oīs pp̄ls. Vivat rex. Et scripsit samuel legē regni. 7 legit vniūso audiēte pplo 7 rege. Et reposuit libellus ī tabernaculo. qđ erat adhuc ī masphat cū altari. et redierūt ad pp̄ria. 7 saul abiit ī domū suam in gabaā. Quidā vero despexerūt eū 7 saul dissimulabat.

**Denaas et secūda vñctiōe saulis**  
**Capitulum. XI.**

**f Actū ē autē qua**

si post mēsem naas āmonites obsedit iabes galaath. Cūq; petissent ab eo obsessi fcdus ait: In h̄ feriā vobiscū fcdus vt eruas oīb; vob oculos dextros. Eis enī q̄s bello capiebat dextros oculos eruebat. vt si mīros scutis celātes ad bellū foret inutiles. Et m̄derūt ei: Lōcede nob. vij. dies 7 mittemus ī oēs terminos isrl̄. 7 si nō fuerit nob defensor egrediemur ad te. Venerūt autē nūcij ī gabaā saulis. Et cū nūciassent h̄. fleuit populus 7 ipse saul veniebat de agro sequēs boues. Et pmisit iabit̄ se tertia die vēturū eis ī auxiliū. Et iussit aliq̄s eoz p̄ ducatu itinēris sustinere. 7 dinivit̄ inspirat̄ p̄cidit vtrūq; bouē in frustra. et cōminat̄ ē ī oēs terminos isrl̄ dicēs: Qui nō exierit post saulē et samuelē. sic fiet bobus ei. et egressi sūt oēs q̄si vir vn̄ tricēta milia viroz. et cōstituit saul pplm̄ in tres ptes. 7 ingressus ē castra ī vigilia matutina. et p̄cussit amon plaga grādi. Et ait pp̄ls ad saul. Quis ē q̄ dixit: Nō regnabit saul sup nos. Date nob vt īterficiatur. Et ait saul: Nō īterficiet̄ q̄spiaz hodie qz fecit dñs salutē ī isrl̄. Et ait samuel: Eamus ī galgala 7 inouem; ibi regnū. 7 inuenerūt saul ī regē scđo ī galgala. Et ait samuel ad pplm̄: Ecce rex gradit̄ ante vos. De abiicitis 7 dñm. 7 h̄ vob signū qđ dedit dñs vob regē in ira. Ecce messis triticea ē hodie. Inuocabo dñm. 7 dabit tonitrua et choruscationes. grādines 7 pluuias. 7 sic factus ē statim cōtra naturā tr̄q̄ illi. Et pp̄ls timēs ait. Ora p̄ h̄uis tuis. Addidim; enī peccatis n̄ris malū vt peterem; nob regem. Et ait sa

mucl: Peccastis nolite deinceps recedere a dño et vinetis. Alioqñ pibitis vos et rex vester. Fili; vni; anni erat saul cū regnare cepisset. i. hūilis tāq; puulus. Duob; aut; annis regnavit sup isrl̄. i. iuste rexit pplm̄. In reliquis ānis regni q̄si tyrann; fuit. 7 nō rex. Quidā h̄ legūt d̄ hysboeth filio ei. dicentes eū anniculū esse ī p̄ncipio regni paterni. 7 de eodē dictū ē qđ duob; ānis regnavit in isrl̄. qđ aut; duob; annis regnavit hysboeth. certū ē qđ aut; ānicul; esset cum regnare cepisset pater ei. stare nō pōt. Saul enī circiter. xx. ānos regnavit. hysboeth vero regnās post patrem. iam qđ dragenarius erat. Qđ tñ ipli determinare conant;. dicētes saul cepisse regnare post hely. 7 ponūt ī regno saulis annos samuelis. Heb; q̄ sic habet.

**Qđ samuel p̄dixit sauli d̄ translatione regni.**  
**Capitulum. XII.**

**f Plus vni; an**

ni erat saul cū esset ī regno 7 duob; bus ānis regnavit. Elegit sibi tria milia in isrl̄. i. cū regnasset p̄ annū 7 post duos ānos q̄si post tres ānos elegit sibi 7c. Et erāt duo milia cū saul in machmas 7 in bethel. Duplex p̄t eē intellēctus hui; capli. vlt̄ v̄t tha ī gabaā beniamin: quē fuit v̄bs phinees filij eleazarī

Et p̄cussit ionathas stationē philistinorū q̄ erat in gabaā. i. locū munitū in q̄ posuerunt philistei custodes tāq; dominātes in israel 7 tūc erexit se isrl̄ aduersus philistīm. Quo audito philistei p̄gregati sūt ad pugnādū cōtra isrl̄. xxx. milia currū. 7 vij. milia equitū. 7 vulg; īnumerabile. Et ascēdēs saul ī galgala. cōvocavit pplm̄ 7 samuelē ad consulendū dñm. Et cū expectaret samuelē. vij. dieb; iuxta cōdictū. dilapsus ē ab eo plus 7 timētes abscondēderunt se ī spelūcis 7 in abdītis 7 ī antris. heb; q̄ sic trāsierūt iordanē. Quidā erāt in isrl̄ sic appropriato vocabulo dicti. Qui p̄ timore credunt̄ descendisse. ī castra philistīm ad obsequēdū eis. Cūq;

# Historia

vidisset saul morā sibi dānosā. vij. die obtulit holocaustū 7 pacifica. Cūq; cōpleisset ecce samuel veniebat 7 arguens saulem ait **Quid fecisti?** Rēdit saul. **Populus subterfugiebat. 7 tu nō veneras iuxta placitos dies. timui ne hostes ascēderēt ad nos prius q̄ placarē faciē dñi. 7 necessitate compulsus obtuli dño.** Videtur saul peccasse q̄ sine samuele obtulit holocaustū dño ad cōsulēdū. vñ q̄dā vt sup̄ dixim⁹ dicūt. vij. dies quos dixit samuel nō eē expectationis s̄ oblationū in cōsecratiōe regis. 7 dicūt nūq; sine eo eē offerēdū ad cōsulēdū dñm. Verūtā mē vt oblatiōes. vij. dierū fierent p̄ sacerdote legitur. pro rege vero nō meminī me legisse. Ad h̄ valde mirandū ē. cū iā bis inunctus esset saul in regē q̄ in neutra illaz fuit oblatio talis. p̄ rege. Et ideo dici pōt samuelem sic mādasse. vt cūz vellet saul imolare ad cōsulēdū dñm citaret ipsū vt ostēderet ei q̄ factur⁹ eēt. 7 post citationē si morā faceret expectaret eū. vij. dieb⁹. Saul vero diē citationis ānumeravit ī his septē 7 nō expectavit eū nisi sex dieb⁹. Et addidit samuel. **Requē regnum tuūz vltra p̄surget. s̄ q̄siuit sibi dñs virū iuxta cor suū. vt regat pplm eius.** Abijt samuel ī gabaa beniamin. 7 egressus ē saul cū p̄lo obuiā philisteis. nec erāt cū eo nisi sexcēti viri. 7 ionathas fili⁹ ei⁹. Porro faber ferrari⁹ nō erat ī isrl. Cauerāt enī philistei ne facerēt hebrei gladiū aut lācea. Et descēdebat isrl ad philistīm. vt exacuere acies oīuz ferramētoz vsq; ad stimulū corrigēdū. i. ad emēdandū et exacuendū. Vel ita. Ad stimulū q̄ ē ad corrigēdū. subaudi boues. Cūq; venisset dies plij nō ē inuētus ensis vel lācea in manu totius ppli. excepto ense saul 7 ionathę. Et fecit arcaz dñi afferri in castra. 7 achias fili⁹ achitob fratrl icaboth portabat ephod.

**De clade philistiūm et fauo quem comedit ionathas. Capi. XIII.**

**Accidit autē vt**

quadam die exiret ionathas cū armigero suo. vt exploraret stationē philisti-

nozū patre suo ignorāte. 7 trāsire voluit ionathas ad philisteos p̄ vallē p̄ruptā scopolis hinc 7 inde eminentib⁹ ī modū dentium. Et ait ionathas ad puerū. **Cū apearuerim⁹ eis. si dixerint. manete donec veniamus ad vos. stem⁹. q̄ si dixerit. ascēdite ad nos. ascēdam⁹. qz tradidit eos dñs in man⁹ nostras. s̄ erit nobis signū.** Cūq; dixissent philistei. **ascēdite ad nos. ascendit ionathas. reptās manib⁹ 7 pedib⁹ 7 armiger ei⁹ post eum.** Et exterruit eos dñs ante ionathan. 7 percussit ionathas cū puero ex eis. xx. viros ī media parte ingeri. Et p̄turbata sūt castra et diffugiebāt mutuo se pimentes. et indicauerunt speculatores fugā hostiū sauli. Cūq; quęsisset. q̄s ex nobis abijt. repertū est abesse ionathan 7 armigerum ei⁹. Et ait ad achiam **Applica. id ē. p̄para arcam dñi ad cōsulēdū dñm.** Cūq; tumult⁹ crebresceret ī castris. ait ad sacerdotē. **Contrabe manū tuā.** Et exclamans saul cū populo cepit persequi fugientes. Sed 7 hebrei q̄ trāsierant ad castra philistīm. reuersi sunt vt essent cum isrl oēs q; qui se prius abscōderant redierunt in plium. 7 iā erant cum saul q̄si decem milia. Vidēs q; saul morā dānosā si comederet adiuravit pplm dicens. **Maledictus vir. id ē. dignus erit morte. qui comederit panem vsq; ad vesperā. donec vlciscaz de inimicis meis.** Cūq; transiret popul⁹ p̄ saltum apparuit mel fluens. 7 nullus gustauit ex eo. Ionathas vero q̄ nō audierat maledictuz patris tinxit virgā ī fauo. Et cū gustasset illuminati sūt oculi ei⁹. i. facies exhilarata est resūptis virib⁹. Dicit q̄ tāta copia mellis est ibi ī cauis arborū 7 cauernis petraz. 7 abditis terrę q̄ plures reperiant faui decidētes sup̄ terrā. Dicit ioseph⁹ inuenisse ionathan apud cubilia in quercu q̄ erat in sorte effraim. Cūq; indicasset ei quidā maledictū patris. edere cessauit. nō approbās maledictū patris. Naz sumente populo cibum. maior plaga fuisset ī hostib⁹. In vespa vero pplus fessus nimis 7 p̄ fame morā nō sustinēs. pecora mactauit in terra. et comedit cum sanguine. Hoc ē q̄cunq; modo occidit 7 coxit

# Regum primi

anteq̄ sanguis bene dilueret. nōdū purgatis carnib⁹ vascens. non fm̄ morē patrium guttura cultro laniavit. et reliquavit sanguinem. Dicūt q̄dā q̄ de p̄da hostiū nemini licebat edere. donec

imolasset victimaz dño. aliter edēs. q̄ cū sanguine edebat. Et ait saul populo: Peccastis. Voluit ad me saxū grāde et p̄cepit vt oēs sup illud saxū et coram

ipso fm̄ morē patriū pecudes laniarent. ne forte q̄s aliter faceret occulte. Tūc primū edificauit saul altare dño. Unde p̄tz q̄ nō sup recens altare saul iam bis obtulerat in galgala. Putant tñ q̄dam eū quotiēscūq̄ obtulerit nouū altare p̄struxisse. Hoc vero dictū p̄mū q̄ nūc plene iuxta dei placitū obtulit. Lūc nocte irruere vellet sup hostes ait sacerdos: Consulam⁹ dñm. Sed consulenti nō respondit dñs in die illa. hoc ē nec nocte nec die sequēti. Et ait saul: Taciturnitas hęc est latentis causa peccati. Per uentem dñm etiā si p̄ ionathan factus est absq̄ retractatiōe moriet. Et statuit populum in parte vna. et se et ionathan ī parte altera. et cecidit sors sup ionathā. Et ait saul: Quid fecisti: Cui ionathas: Nil mihi conscius sū nisi q̄ heri nesciens maledictus mel comedi. Et ait saul: Morieris ionathas. qz nisi hoc fecero hęc faciat mihi de⁹. et hęc addat. Et ait popul⁹: Ergo ne ionathas morietur qui fecit salutem in israel. Uiuat dñs id ē. p̄ uiuentē dñm. vel sicut de⁹ est uiuens et non dij gentium. si ceciderit capill⁹ de capite ei⁹ in terram. a posyopesis est. vel legit si pro non. et eripuerunt ionathan a manib⁹ patris. et redierunt ad propria. Saul vero cōfirmatus ī regno. quocūq̄ se uerterat superabat hostes israel. et percussit amalech. Prolempsis est. Vel forte p̄ percussit q̄ deleret ex toto ex mādato dñi. fuerunt autē filij saulis ionathas et iesui et melchisua. Quartus tacetur hysboleth tanq̄ puer. et

Usus erat q̄ in p̄lio nō edebāt. donec sacrificiū vespertinū fieret p̄ eis: Alioqn edebant cum sanguine quem fuderant ī bello.

nōdū militans. vel tanq̄ inept⁹. Filie vero ei⁹ merob et michol. et vxor ei⁹ achinoe. et p̄nceps militie abner filius ner patruelis eius. Quā cis et ner frēs fuerūt: et filij abiel. Legit tñ in paralipomenō q̄ ner fuit pater cis q̄ p̄ etate dictum est: et quia nutriuit eum.

Quod saul uicit amalech.

Capitulum XIII.

**U**nc ait samuel

el ad saul. hęc dicit dñs. Demolire amalech et vniuersa ei⁹. qz restitit israelicum ascēderet de egypto. Sumēta quidem uoluit dñs iterfici. vt nec in aliq̄ memoria amalech supellet. Sunt q̄ dicāt illos maleficos fuisse. et in pecudes se uertendi habuissent peritiā. et ideo ne sub forma pecudū euauderēt. etiā pecudes perisse. Et recessit saul cc. peditū. et decē milia viroz iuda. Et nota q̄ fere vbiq̄ dicūt viri iuda tāq̄ potiores ceteris. Unde alibi. Catul⁹ leōis iuda. Lūc q̄ inuaderet saul amalech dixit cyneo. Recede ab amalech. ne inuoluam tecum eo. qz tu fecisti misericordiaz cū israel. Jetro enim qui et raguel et cis dict⁹ est. Bonū cōsiliū dedit moyli. cuius domus habitabat ī amalech. p̄ter filios obal. et egressi sunt cinei. et deinceps habitauerunt in israel. Ex his ortus ē rechab vt in paralipomenon legitur. Hi sunt cinei q̄ uenerūt de caloze dom⁹ patris rechab. Tūc percussit saul amalech in ore gladij. id est in vastatiōe. quasi deuoratione. Vel ē locutio. id ē in gladio. et pepercit saul agag regi amalech. et optimis armator. et ait domin⁹ ad samuelē: P̄gnitet me q̄ fecerim saul regem. et orauit samuel pro eo dominū tota nocte. Lūc q̄ accepisset q̄ saul erexerat sibi fornicē triūphalē ī carmelo iuxta supbiam gentiū q̄ faciebant sibi arcum de myrtis et palmis et oliuis ī signū victorie descendit ad eum in galgala. et occurrit ei saul. Lūc q̄ culpasset euz q̄ q̄piā reseruasset d̄ amalech. in excusationē sui dicebat populū reseruasse optima ad offerendum dño in gratiaz actionem. Cui samuel

*asferit samuel  
saul uerba dei. n  
parceat omib⁹ ei⁹  
eg. reb⁹ amalech.  
oppositū fecit. :-  
milita*

Melior est obediētia quam victima. Super bonos delectat deus. et non super sacrificia. plerumque si obtulerit quod decreuerat deus perire. et ait saul peccani. Sed hac vice porta peccati meus id est. ora et satisfac pro me vel dimitte mihi. Cui samuel. Projecit te deus ne sis rex super israel. Cuius vellet abire samuel apprehendit eum saul per similitudinem pallii eius. quod scissa est. et ait samuel. Sic scidit dominus regnum a te hodie. in aeterna posteritate. Cuius simul adorassent dominus precepit samuel adduci ad se regem agag et oblatum est ei pignus et tremens. Et dixit samuel ad agag. Siccine separat amara mors. quod dicitur. Mirum est quod sic te concutit mors. et separavit animam tuam a te. Quidam dicunt duas dictiones separat. et supplet aduersus te. vel secundum aliam litteram. et dixit agag. Sic me separat amara mors. quod dicitur. Mors que separauerat a me meos amarissime separat me ab hominibus. et concidit eum samuel in frustra. et abiit in ramatha. Saul vero ascendit in domum suam in gabaa. et non vidit samuel ultra saule in habitu. sed regionem in prophetico postea vidit.

**Devotio dauid in domo patris  
Capitulum. XV.**

**S**amuel autem iu-  
gebat saul. et ait dominus. Usque quo lu-  
ges saul. cum ego proiecerim eum. Imple cornu  
oleo. et vade ad domum ysai. ut inungas regem  
vnum de filiis eius. et quia times saul fer vitulum  
quasi ad immolandum. Cuius venisset in bethleem di-  
xerunt seniores ad eum. Pacificusne est ingressus  
tuus. Timebant enim ne propter aliquam correctio-  
nem misisset eum rex vel quod offensus forte regi  
fugisset. et non auderet eum recipere. Qui cum di-  
xisset se venisse ad immolandum sanctificauit  
ysai et filios eius. et statuit eos coram altari. et  
videns beliab primogenitum puerum et optimus  
estimauit regem futurum. et ait dominus ad eum Ego  
non corporis pulchritudinem apicem facio re-  
galis. sed animi virtutem. In eodem modo proba-  
uit dominus alios. Statuerat enim ysai. vii. fili-  
os coram samuele. vii. proprios. et natban ad-  
optatum filium samaa filij sui. et ait samuel ad  
eum. Numquid completi sunt filij. Qui respondit. Ad

huc reliquus est paruulus et pascit oves. et inbe-  
te samuele adductus est dauid rufus. id est rubi-  
cundus et pulcher. et inunctus est in medio fratrum.  
et directus est spiritus domini in dauid a die illa et de-  
inceps. Et recessit spiritus domini a saul. et exagita-  
bat eum spiritus nequam missus a domino. Dicit iose-  
phus dauid tunc accepisse spiritum propheticum  
sicut et ille quod dicitur prophetare cepit sancto super se  
spiritum veniente. Sed quia dictum est spiritum recessisse a  
saul. et directum in dauid. videtur quod de eodem spi-  
ritu dicatur. id est de gratia spiritus qui hucusque saul vi-  
ctor hostium extiterat. Tunc dixerunt ad saul ser-  
ui eius. Spiritus malus exagitat te. adhibe tibi  
saltim peritum in cythara. et leuius feres. Tradunt  
philici quod armonia letum reddat letiorum. et tri-  
stem tristiorum. Tradunt mathematici quod mul-  
ti demones armoniam ferre non possunt. et quoniam  
nulli. et indicatus est regi quod dauid esset sciens  
psallere. et vir bellicosus. Cuius misisset rex  
ad ysai pro filio eius. tulit ysai asinum plenum pa-  
nibus. et vinum et hedum. et misit ea regi per manus  
dauid. Dicit autem asinus plenus. id est sufficiens  
oneratus. vel forte sicut ex bone et hirco fiunt  
vires. ita de asino fiebant sacci ad aliquam feren-  
dam. Igitur cum spiritus arripiebat saul. dauid  
psallebat in cythara. et lenius erat ei. et quoniam re-  
cedebat ab eo spiritus. Cuius aliquandiu cessis-  
set spiritus a saul. remissus est dauid ad patrem.

**De morte goliath. Capitulum. XVI**

**A**ctum est autem ut  
congregaretur philistinum aduersus  
israel in bellum. Porro saul et israel castra  
metati sunt in valle terebinti sub qua abs-  
condit iacob idola. et egressus est vir spuri-  
us de castris philistinorum goliath gethe-  
us. de semine giganteo. altitudinis sex cubi-  
torum et palmo. Iste spurius dicitur quia  
de ignobili patre. id est. gentili et nobili ma-  
tre. id est. iudea natus erat. Spurius et hy-  
brida dicitur ignobilis ex patre. sicut mancher  
et nothus ex matre. hic exprobrabat israel quod  
serui essent philistinorum. et proponebat eis  
monarchiam. ita ut quorum vinceretur athle-  
ta serui essent aliorum. Hebrei autem stupe-  
bant. et metuebant eum nimis. Sic dicebat

# Regum primi

